



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentius circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

Membrum III. De Habitatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

toribus illum deferentibus Ecclesia dicere possit cum Jaco-
 Gen. 22. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit*
Dominus: eique optari queat illud Apostoli, 2. Cor. 2. Clericus
bonus odor sumus in omni loco; unde ipsi sermones etiam
familiari sermone de pietate instituti virtutem quandam
efficaciam haurient, ita ut, etsi eloquium quiescat, ipse laudis
sonet, occursuque suo vitia suffundat, quemadmodum Teren-
lianus l. de Pallio c. ult. loquitur. Tertiò, ad propriam
defensionem: sicut enim nemo Clericum injuriosè tangere au-
det sine Sacrilegio; ita nec mundus, nec Affectus ipsius ad-
nitates & insanias suas provocare audebunt illum, quoniam
habitu Clericali & rursus tanquam lorica justitia, & gal-
lulis viderint communitum.

Qu. 3. *An conveniens videatur, ut Pastor die festo nullo*
veste indutus procedat? R. ad hoc quæsitum jam olim
 Leonem magnum respondisse his verbis: *Rationabile & quod-*
dammodo Religiosum videtur, ut habitu corporis hilaritas
mentis ostendamus; quia ipsam quoque orationis domum pro-
spicere tunc curâ & ampliore cultu, quantum possumus, ad-
mus; ut huiusmodi contemplatione anima Christiana, que
rum, vivumque DEI templum est, speciem suam præ-
exornet, & redemptionis suæ celebratura Sacramentum, per
circumspectionem præcaveat, ne ulla eam macula iniquitatis
fuset, aut duplicis ruga cordis dedecoret; nam quid præ-
neflatis formam præferens cultus exterior, si interiora hominum
aliquorum sordeant commemoratione vitiorum? omnia quæ
quæ animi puritatem & speculum mentis obnubilant, ab-
genda sedulo, & quadam eliminatione radenda sunt.

MEMBRUM III.

De Habitatione.

Qu. 1. *Quid circa habitationem observare debent Pastores?*
 R. sequentia præcipuè. Primò, *Integritatem*; nam quædam
 domum parochialem, quantum per proventus annuos
 rit, reparandam & conservandam obligetur. Concilium
 dent. Sess. 21. de reform. c. 7. definiivit. Secundò, *Modest-*
riem; utpote quæ non ad sanitatem duntaxat, sed etiam
 cationem plurimum confert. Tertiò, *Commoditatem*
 scilicet, quantum fieri potest, cubiculum, in quo stude-

dormiat, & alias functiones officij sui peragat, distinctum ab habitatione domesticorum habeat; sic enim & quietis ad studia necessariz, & auctoritatis, quæ per familiarem & communem cohabitationem facile minuitur, conservatio exigitur videtur. Unde vulgare illud proverbium: *Secretum meum mihi*; vel maximè huc applicandum est.

Qu. 2. *Quid circa suppellectilem domus observare debeat?* R. sequentia pariter observanda. Primò, ut sit *sufficiens*, id est, quicquid ad communes necessitates requiritur, contineat. Secundò, ut *simplex*, id est, neque quoad materiam, neque quoad formam nimis pretiosa aut curiosa sit, ut fieret, si vasa & patinas pro communi usu ex auro vel argento elaboratas, aut cimelia pretiosa haberet. Tertiò, ut *munda* sit, ob rationem supra dictam; nec enim satis explicari potest, quantum de bona existimatione decedat Pastori, si passim omnia in domo sordida conspiciantur, neque dignitatis suæ condignam æstimationem habere agnoscat.

§. III.

De Redditibus Pastoris.

Dupliciter redditus hi accipi possunt. Primò *latè*, prout omnem titulum, ex quo necessaria ad sustentationem media acquirere potest Pastor, comprehendunt. Secundò *strictè*, prout solum titulos onerosos complectuntur. Utroque modo sumpti subdividi possunt in activos & passivos; *activi* sunt ipsi tituli, ex quibus vel pecunia, vel etiam alia media ad sustentationem acquiruntur; *passivi* sunt ipsæ res, quæ percipiuntur: Hoc loco de redditibus passivis latè acceptis potissimum erit sermo, qui quidem ad octo potissimum revocantur, videlicet ad Decimas, Primitias, Oblationes, Stipendium, Negoriationem, Census, Donationem, Successionem hæreditariam, de quibus breviter aliquid hoc loco dicendū.

MEMBRUM I.

De Decimis.

Qu. 1. *Quid de Decimis potissimum sciendum & observandum sit Pastori?* R. hæc præcipuè. *Sufficiens cognitio, Studiose collectio, Sollicita conservatio.*

Instructio IV.

D

Qu. 2.